

CLARISSIMI IC<sup>..</sup>.

Petri Gvdelini  
ANTECESSORIS  
ACADEMIAE LOVANIENSIS  
COMMENTARIORVM  
DE  
IVRE NOVISSIMO  
LIBRI SEX,

Optimā methodo, accuratē ac eruditē conscripti, additis  
harum vicinarumque regionum moribus,  
*Opus ruris audierit, expertum, ita scolis foro  
utilissimum, cum indicibus.*

Accessit Clarissimi viri Maxemiliani VVitteborti I. V. Doctoris in Authoris  
obitum oratio funebris, habita in exequijs 22. Octob. 1619.



D<sup>o</sup>n Gregorio  
de Gorillo



ANTVERPIÆ,  
Ex officina Hieronymi Verdussi,  
MD. C. XX.

NOBILISSIMIS ET AMPLISSLIMIS  
P R A E T O R I,  
**CONSVLIBVS,**  
ET  
**SENATVI,**  
**POPVLOQVE LOVANIENSI,**  
PARENTIS SVI DE IVRE NOVISSIMO COMMENTARIOS  
DEDICANT CONSECRANTQVE  
**PHILIPPVS, ET PETRVS PAVLVS**  
**GVDELINI, I.V.LL.**



LARISSIMI Parentis nostri de Iure Nouissimo Commencarij , annis ab hinc amplius viginti in hac celeberrima Academia maximo auditorum numero publicè prælecti , tandem aliquando typis excusi prodeunt orbis in Theatrum , NOBILISSIMI ET AMPLISSLIMI SENATORES : sed non viuo authore suo : vt id faceret , induci non potuit vir modestus & gloriam fugiens . Tamen non modò Belgis , sed Exteris quoque nullum hortandi , atque etiam vrgendi finem facientibus , ad extremū victus eius animus , illam omnium diuturni desiderij exspectationem ut exploraret , assensum præbuit . Verùm ( vt sunt humani casus ) positis vix huius operis primordijs , morbo corripitur , & ( heu ! citò nimis ) abripitur . Noua igitur mora .

Nos , ne canta publicationis istius exspectatio studiosorum hominum animos diutius torqueret , huic operi tam fœliciter cœpto , manus nostras sedulò admouendas existimauimus , eaq; curâ ac studio incubuimus , vt ille Iuris Nouissimi Thesaurus publicam lucem tandem conspecturus sit .

Cùm autem animo agitare cœpissimus , cuius tutelę vel gratiæ literarum hoc munus consecratum iremus : illud honoratissimo no-

ORNATISSIMIS CONSULTISSIMISQUE

PHILIPPO  
ET  
PETROPAVLO  
GVDELINIS

I. C<sup>TIS</sup>.

**D**OVELLARVM Institutiani Sacratissimi Imp.  
Constitutionum videntas, dignitas etiam necessitas,  
quā quā se quis vertat, ipso primō se quasi  
prospectu ostentant: quarum opus sive volumen lo-  
cupletissimum Iuris penū, imo Tresaurum conti-  
net: quod Holoander tanti se fecisse scribit, ut id  
omnibus Regum ararijs anteferret. An injuria?  
bandita. Sunt enim quod Mynsingerus in proemio  
Institutionum censet, Nouella præstantissima & necessaria maximè juris  
pars, & quas merito quis Iuris Colophonem & columnam dixerit. Sole reliquo  
Iuri Civili in multis autoritatem addant, Sola in plurimis destrahant, Sola  
nouam formam ac normam attribuant. Quocunque eum circumspicitur, ad-  
parent hic circa singulas pene Iuris partes sanctissime sanctiones, & pulcher-  
rima non de Iure dumtaxat privato, sed & de publico, ut de rebus profanis,  
ita de Sacris Ecclesiasticis. Ex quibus omnibus alterum quodam modo Iuris  
Corpus videntur consurgere. Quis cum ita sint, quid est quod tam pauci Iuris  
studiosi se, studiaq; sua in terendo volumine isto componunt? An ideo, quia  
Volumen hoc nullā propè ad descendum arte aut methodo discipline constet?  
Constitutionibus in istud congestis nullo materiarum, nullo etiam titulorum  
apto ordine, sed habita dumtaxat temporis, quo qu. eq; constitutiones sunt pro-  
mulgatae, ratione? Quid rursum in causa est, quod, ut olim conquerente Eccle-  
siaster, plures faciendi libros (de ambitiosis loquitur ac futilibus) nullus fuit  
finis; ita nunc in tanta purgatiore hoc saeculo nostro, optimorum & doctrinā  
præstantissimorum virorum abundantia, banc Iuris nostri Romani partem,  
aut prorsus intactam, aut incultam, & à commentationibus nudam relique-  
runt

ERYCI PUTEANI  
I. &  
**CL. V. PETRI GVD ELINI.**  
IVRISCONSVLTI LOVANIENSIS,  
et  
IMAGINEM, ET SCRIPTA  
EPIGRAMMA.



*Plena animo facies; animus, Sophiaque, Themis:  
In picto viuis corpore sermo vigit.  
Scripta viri Sophiamq; stilo, Themide m<sup>g</sup> loquuntur:  
In scriptis dicas Numen vtrumq; loqui.*

CLARISSIMI  
VIRI  
PETRI GVDELINI  
IC. ANTECESSORIS  
ACADEMIÆ  
LOVANIENSIS  
Commentariorum de Iure nouissimo  
LIBER PRIMVS,

*In quo primum de toto hoc opere, tum de iure personarum, que prima pars est iuris privati.*

CAPVT PRIMVM.

*De voluminis Nonellarum utilitate, nominis ratione,  
& translatione.*



TELISSSIMVM ET PRAESTANTISSIMVM  
est proculdubio volumen Nouellarum Iustiniani  
Imperatoris Constitutionum, quod vulgo sub nomine  
Authentici allegatur. Continet namque postremas  
leges, atque adeo emendationem plurimarum antea-  
prioris Iuris partium, & summum veluti Colophonem  
adicit vniuerso Iuri quod profitemur: dignum id  
circò in quo præcipuum studium ponatur.

Appellatae sunt ex Constitutiones Latinè quidein  
Nouellæ, Græcè Νοέλλαι, nimirum respectu Codicis.  
Edidit enim Iustinianus prius Pandectas, & Institutiones; deinde Codicem,  
cumque emendatum auctumque sicut tenemus, abrogato illo Codice quem  
ante compositionem Pandectarum, Institutionumque ediderat. At vero post  
nous controversijs quotidie oborientibus, vsuque fraudente, triginta circiter  
annis quibus superuixit, plurimas, variasq; Constitutiones edidit, quoniam emen-  
dando Codicem protestatus fuerat se nullam aliam extra corpus istius Co-  
dicis Constitutionem legi velle, nisi postea varia rerum Natura aliquid crearet  
nouum, quod Sanctione indigeret. Hoc etenim, inquit, nemini dubium est, quod si  
quid in posterum melius inueniatur, & ad constitutionem necessario sit redigendum,  
hoc à nobis & constituantur, & in aliam congregationem referatur, que Nouellarum  
nominis constitutionum significetur. Verba sunt ipsius Iustiniani in l. vnica, vers.  
nulla alia, & §. sequente, C. de emendatione Codicis. Ac de his Nouellis Jo-  
quens Constantinus Hermenopulus in sua Epitome Iuris Civilis' definit  
Nouellas seu Νοέλλαι esse nouas Principum constitutiones, quæ post leges  
pro varietate caularum emergentium fieri solent. Sic appellauit Iustinianus

A

ante